Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

aequitatem; Illi enim recta sunt & diligunt dm.
quinon amore creaturae capiuntur tenentur; Sicut
rector dec & potiorē infimis p̄ponentes dō auctori
omnium dilectione fortissima adhaerent;
Sed & illi dm recte diligere adpbantur. quinon solum
in beneficiis. sed & in flagellis ipsius constantes. similiter
gratias agunt. sicut & ille qui dicebat. Benedicam
dnm in omi tempore. semp laus eius in ore meo;
Idem. & quando laetitiā. & dono capio. & quando
dolorem. eodē corripiente suscipio; Sicut & alius
uehementissima passione probatus. carne putridus.
& sincerus corde locutus ē. Si bona suscepimus de
manu dni. mala cur non sustineamus. Dns dedit.
dns abstulit. sic dno placuit. ita factū ē. sit nom
dni benedictum. VII
Nigra sum sed formosa filia hierusalē. sicut taber
nacula cedar. sicut pelles salomonis. Nigra
confessione peccati. Formosa gratia sacramti;
Filia hierusalē. ex illa enim primitiuorū ecclia p euan
geliū nata est. quae prima creditur in hierusalem
Uel coelestis sicut apōs ait. Illa quae sursū ē hierusalem
libera est. quae ē mater nra. Merito quoq: se ad
similat tabernacula cedar. quod interpratur obscu
ritas. Ad cuius filios apōs dicit. fuistis aliquando
tenebrae. nunc autem lux in dno; potest enim nigra